Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

niam pro Prelatis et Superioribus Ordinis mense Januario,
pro personis vero reliquis Regularibus ejusdem Ordi-
nis universim, mense Maio separatim celebrentur.

41) Henriques Ser. Abbat. Claravall. in Philippo I.
Hanthaler Fasti Campil. ad an. 1263.

42) Bernardinus Abbas Lucell. in Fasti ~~Camp~~ Lucell.
et ex eo Gerbertus Cisterc. germ. tit. 26. Idea Congreg.
sup. Germ. f. 138.

43) Hanthaler Fasti Campil. ad an. 1263.

44) Diploma apud Reichelbeckium Hist. Frisi. t. II,
p. 1 in Conrado II, sic infit: Nos Ottakarus Dei gratia
Bohemie Rex, Dux Austrie, Styrie et Karinthie, Marchio
Moravie, Dominus Carniole et Marchie universis etc.
et definit Testibus, qui aderant, subnotatis, qui sunt
Venerabilis in Christo Patres et Domini Perhtoldus Babenbergen-
sis, Petrus Patavien. Theodricus Gurzen. Bruno Olmuccen.
Ecclesiarum Episcopi. Meinhardus et Albertus fratres Co-
mites Gorricie et Tyrolis, Fredericus Comes de Ortenberch,
Ulricus Comes de Sternberch, Pernhardus et Hainricus Co-
mites de Phannenberch, Otto Comes de Orlamunde, Gun-
therus Comes de Schwarzenburch, Heinricus Comes de Har-
deke ... et alii quamplures fide digni. Actum et da-
tum Wienne anno Domini Millesimo CC. LXX. IIII No-
nas Februarii.

45) Philippus defuncti Dueis frater, electus olim Salis-
burgensis, et nuper Aquilejensis Pontifex, sed a summo
Pontifice ob indignitatem ad neutram admissus cathedra,
infestus hostis erat Alberti Goritie Comitis. Hinc ~~ipse~~ Comes iste
et frater ejus Meinhardus noster Ottocarum sequi male-
bant, utpote pacis de anno 1267, quibus et Albertus
testis subscriptus est, ab Ulrico ~~Carint~~ institutus Carin-
thie haerede. Postmodum tamen iidem fratres Rudolfo
Romanorum Regi fidelissimi semper, etiam contra Otto-
carum, fuere.

46) Diploma submisit Nobilis Ant. Egger, hujus / apographum
tenoris:

Universis quibus presens scriptum exhibebitur, inno-
tescere (volumus) tam presentibus quam futuris,
quod cum inter dominum venerabilem Brunonem Dei
gratia Brixinensem Episcopum, et dominum Ulricum
de Tonfers ex parte una: nec non dominos Nobiles
et Illustres Meinhardum et Albertum Comites Goritie,
et Tyrolis ex altera, quidam suspicionis et odii ortus
seruplus et conceptus quodammodo videretur, ad
componendum illum et funditus destruendum in-
hujus unionis et amicitia formam, de comuni con-
sensu et voluntate libere convenerunt, videlicet, quod
prefatus Dominus Episcopus, nec non Domini Eberhar-